754
5:5:0

108
106



GVILLELMO LAMONIO SEN. PRINC.
REN. RAPINVS SOC. IESV.

Imploraui Naturæ per Symbola loquentis opem, pro te celebrando, VIR ILLVSTRISSIME: poſtquam Artis facultates omnes exhauſi. Quamquam quæ vox par eſſe poſſit tibi dicendo? cujus fortunandæ virtuti vel à publico fauore, vel charitate populi nihil hactenus deſideratum. Prædicabunt cæteri rerum maximarũ capaciſſimæ tuæ mentis immenſitatem, Diuinitatem oris eloquentiſſimi, caſtiſſimæ integritatiſ famam: vnum ego dicam, quod de mortali homine dici jam poteſt ſũmum te deploratiſſimis temporibus ijs conceſſum à Deo immortali, pro ſolando juſtiſſimo mœrore noſtræ ætatis. Vale. Datum Pariſijs. Kal. Ian. 1666.

754
5:5:0
1 108
106



GVILLELMO LAMONIO SEN. PRINC.

REN. RAPINVS SOC. IESV.

Imploraui Naturæ per Symbola loquentis opem, pro te celebrando, VIR ILLVSTRISSIME: poſtquam Artis facultates omnes exhauſi. Quamquam quæ vox par eſſe poſſit tibi dicendo? cujus fortunandæ virtuti vel à publico fauore, vel charitate populi nihil hactenus deſideratum. Prædicabunt cæteri rerum maximarũ capaciſſimæ tuæ mentis immenſitatem, Diuinitatem oris eloquentiſſimi, caſtiſſimæ integritatis famam: vnum ego dicam, quod de mortali homine dici jam poteſt ſũmum te deploratiſſimis temporibus ijs conceſſum à Deo immortali, pro ſolando juſtiſſimo mœrore noſtræ ætatis. Vale. Datum Pariſijs. Kal. Ian. 1666.


REDDO CVIQVE SVVM
Clarum alij dicent, alij me fortè politum,
Laus ſuprema mea eſt reddere
cuique ſuum.

127

17

NON HÆRET NISI IN SOLIDO
Non in aqua fluitante, nec in ſumma
hæret arena:
Hæret in hoc vno denique, quod
ſolidum eſt.

B.S.M.


ÆQVVS, IN OBLIQVIS
Eſſe æquum rebus res eſt vulgaris in æquis;
Æquus in obliquis vnus at eſſe ſoles.

MEA ME SVSTINET RECTITVDO
Quod ſtas, non debes cuiquam, te
ſcilicet vna
Satis ſuperque rectitudo ſuſtinet.

113
11
23

ORDINIS EST COLVMEN
Ordinis eſt columen, quem dum bene
ſuſtinet, ornat :
Omne huic inde decus, præſidi-
umque venit.

IVSTVS, QVOD SVPERIS CONSENTIAT
Cœleſtes ſequeris motus, illoſque ſequendo
Iuſtus es : inde tuæ regula juſtitiæ .